

## Titus Maccius Plautus, *Casina*, Actus 2, Scena 5.

Edición: LEO, F., T. *Maccius Plautus. Plauti Comoediae*, Weidmann, Berlín, 1895.

### **Olympio**

Vna edepol opera in furnum calidum condito  
atque ibi torreto me pro pane rubido,  
era, qua istuc opera a me impetres quod postulas.

### **Lys.**

Salvos sum, salva spes est, ut verba audio.

### **Ol.**

5 Quid tu me tua, era, libertate territas?  
qui si tu nolis filiusque etiam tuos,  
vobis invitis atque amborum ingratiis  
una libella liber possum fieri.

### **Lys.**

Quid istúc est? quicum litigas, Olympio?

### **Ol.**

10 Cum eadem qua tu semper.

### **Lys.**

Cum uxore mea?

### **Ol.**

Quam tu mi uxorem? quasi venator tu quidem es:  
dies atque noctes cum cane aetatem exigis.

**Lys.**

Quid agit, quid loquitur tecum?

**Ol.**

Orat, obsecrat,

ne Casinam uxorem ducam.

**Lys.**

Quid tu postea?

**Ol.**

15 Negavi enim ipsi me concessurum Iovi,

si is mecum oraret.

**Lys.**

Di te servassint mihi.

**Ol.**

Nunc in fermento totast, ita turget mihi.

**Lys.**

Ego edepol illam mediam disruptam velim.

**Ol.**

Credo edepol esse, siquidem tu frugi bonae es.

20verum edepol tua mihi odiosa est amatio:

inimica est tua uxor mihi, inimicus filius,

inimici familiares.

**Lys.**

Quid id refert tua?

unus tibi hic dum propitius sit Iuppiter,

tu istos minutos cave deos flocci feceris.

**Ol.**

25 Nugae sunt istae magnae. quasi tu nescias,  
repente ut emoriantur humani Ioves.  
responde: si tu Iuppiter sis mortuos,  
cum ad deos minoris redierit regnum tuom,  
quis mihi subveniet tergo aut capiti aut cruribus?

**Lys.**

30 Opinione melius res tibi habeát tua,  
si hoc impetramus, ut ego cum Casina cubem.

**Ol.**

Non hercle opinor posse, ita uxor acriter  
tua instat, ne mihi detur.

**Lys.**

At ego sic agam:

coniciam sortis in sitellam et sortiar  
35 tibi et Chalino. íta rem natam intellego:  
necessum est vorsis gladiis depugnarier.

**Ol.**

Quid si sors aliter quam voles evenerit?

**Lys.**

Bene dice. dis sum fretus, deos sperabimus.

**Ol.**

Non ego istud verbum émpsim **tittibilicio**;  
40 nam omnes mortales dis sunt freti, sed tamen

vidi ego dis fretos saepe multos decipi.

**Lys.**

St, táce parumper.

**Ol.**

Quid vis?

**Lys.**

Eccum exit foras

Chalinus intus cum sitella et sortibus.

nunc nos conlatis signis depugnabimus.

ESCENA QUINTA

OLIMPIÓN, LISÍDAMO

OL. — (Hablando con Cleústrata dentro de la casa.) Te digo, ama, que lo mismo me puedes meter en un horno [310] encendido y cocerme allí como si fuera un pan bien tostadito, como conseguir de mí lo que pretendes.

LI. — Estoy salvado, según lo que oigo, todavía hay esperanzas.

OL. — ¿Por qué me quieres intimidar prometiéndome la libertad, ama? Si yo, aún en el caso de que tú no quieras ni [315] tampoco tu hijo, puedo ser libre por cuatro perras, a pesar vuestro y en contra de vuestra voluntad.

LI. — ¿Qué es eso? ¿Con quién peleas, Olimpión?

OL. — Con la misma que tú siempre.

LI. — ¿Con mi mujer?

OL. — ¿Mujer, dices? Tú eres más bien como un cazador, [320] te pasas la vida de día y de noche con un perro.

LI. — ¿Qué es lo que hace, qué es lo que dice?

OL. — Me ruega, me suplica, que no me case con Cásina.

LI. — ¿Y qué le has dicho tú?

OL. — Le he dicho, que no se la cedería al mismo Júpiter, si él me lo pidiera.

LI. — ¡Los dioses te me guarden!

[325] OL. — Pero ahora está que arde, está que echa chispas en contra de mí.

LI. — ¡Caray!, ojalá que explotara partida en dos.

OL. — ¡Caray!, yo creo que eso no tiene problema si es que tú sirves todavía para algo. Pero te juro que estoy ya harto de tus amoríos: [330] tu mujer está a mal conmigo, tu hijo, los compañeros.

OL. — ¿Y a ti qué te va ni te viene eso? Mientras que esté a bien contigo aquí el Júpiter este, no tienen que importarte un bledo esos dioses segundones.

OL. — Todo eso no son más que pamplinas, como si no supieras tú con qué rapidez se mueren los Júpiter humanos. [335] Y si tú, mi Júpiter, has desaparecido y tu reino pasa a los dioses segundones, ¿quién va a proteger mis espaldas o mi cabeza o mis piernas?

—Tu situación es mucho mejor de lo que tú te piensas, si conseguimos que yo me acueste con Cásina.

[340] OL. — ¡Uf!, me parece que eso es imposible, a juzgar por la energía con que tu mujer se empeña en que no sea yo el que me case con ella.

— Pues entonces voy a hacer una cosa: echar a suerte entre ti y Calino. Tal como se ponen las cosas, yo pienso que hay que cambiar de táctica.

[345] OL. — ¿Y si la suerte decide de otro modo que tú quieres?

LI. — No hagas malos agüeros; yo tengo puesta mi confianza en los dioses, esperaremos en ellos.

OL. — **Esas palabras no tienen para mí ni el valor de una perra, porque los hombres se confían por lo general a los dioses, y con todo he visto yo muchas veces a muchos que confiaban en ellos y se han visto defraudados.**

[350] — ¡Chis!, calla un poco.

OL. — ¿Qué hay?

LI.— Ahí sale Calino con la vasija para echar suerte. Ahora llega el momento de luchar a brazo partido.